

AB
100
100

00 17617
LB: 00 17617

Sammelbd 4,

12 Alphab. 9 Bogen 2 $\frac{1}{2}$ ts.

PROGRAMMA THEOLOGICUM,

Quo
Ad

Actum Promotionis,

DUODECIM

CANDIDATORUM,

VIRORUM

ERUDITIONE, PIETATE ET VIRTUTE

PRÆSTANTIUM

In SS. Theol. Baccalauros

Die V I. Julii celebranda

Amicè invitantur Theologiae Culto-

res & fautores;

propositum

Ab

EJUSDEM FACULTATIS

DECANO

In

ALMA LIPSIENSIVM ACADEMIA.



LIPSIÆ,

Excusum à TIMOTHEO RITZSCHIO.

CLC IXC XXXXIII.

THEOLOGICAL LIBRARY

UNIVERSITY OF LEIPZIG

LIBRARY

LEIPZIG

LIBRARY

LEIPZIG

LIBRARY

LEIPZIG

LIBRARY

LEIPZIG

LIBRARY

LEIPZIG

LIBRARY

LEIPZIG

LIBRARY

LEIPZIG

LIBRARY

LEIPZIG

LIBRARY

LEIPZIG

LIBRARY

LEIPZIG

LIBRARY

LEIPZIG

LIBRARY

LEIPZIG





DECANUS
COLLEGII THEOLOGICI
Piis Lectoribus
GRATIAM ET PACEM
à
CHRISTO,



Anta est Studii
Theologici profunditas, ut
nullius acie ingenii perve-
stigi, nulloq; finito intel-
lectu comprehendi aut ex-
hauriri queat; tanta est
sacrarum literarum maje-
stas, ut omnem creati in-
tellectus captum infinitis parasangis exuperet;
tanta hujus studii est necessitas & utilitas, ut sine
eo, nec nosmet ipsos, nec Deum rectè agnoscere,
nec viam salutis sine *χρηστωρία* Theologiæ invenire
queamus; tanta deniq; sanctitas est hujus studii,

A 2

ut

ut juxta elegans dictum Cypriani l. 2. Ep. 2. *Cul-*
toribus hujus disciplinae haud immeritò Theo-
logia sit & esse debeat mors criminum & vi-
ta virtutum. Sapienter omninò pronunciant ac
judicant, qui rectè judicant, Theologicam disci-
plinam *magis practicam esse quàm Theoretic-*
am, quæ pios & Θεοδιδάκτες suos reddit cultores,
& unicè τὴν εὐσίβειαν & εὐπραξίαν pietatem & honesta-
tem vitæ intendit. Qui enim sanctum hoc stu-
dium vitæ maculant turpitudine, indigni sunt fa-
militantæ Heroïnæ, quæ sanctitatem spirat, pro-
creat, custodit & conservat, quæ docet animulas
nostras pretioso Christi sanguine redemptas, illasq;
proinde non Diabolo sed Deo redemptori conse-
crandas esse: *Secus faciunt voluptuarii, qui ani-*
mam luxuriosè pro unius horula voluptate
Diabolo vendunt, sicut Aug. scribit l. de honest.
mul. c. 30. Tales minimè sunt Candidati Theo-
logiæ, sed Satanæ & imitatores Caini, quem tali
titulo Tertullianus notat.

Profunditas discipline Theologica elucet
ex fidei mysteriis, quæ meræ revelationis sunt &
nullius acie ingenii pervestigari possunt, qualia
mysteria sunt Θεολογία, Deus Trinus, Χριστολογία,
Chri-

Christus Binudus. *μυστηριολογία*, Baptismus & Cœ-
na Domini, Electio, justificatio, renovatio & no-
visima hominis excitatio ex mortuis & vitæ æter-
næ gloria. Hæc sanè mysteria transcendunt o-
mnem humanum intellectum & conciliant huic
disciplinæ majestatem stupendam, quæ prætrin-
git aciem mentis & excæcat oculos sapientum hu-
jus mundi, sicut Paulus scribit 1. Cor. 2. *Animalis
homo non percipit ea, quæ sunt Spiritus DEI:
Stultitia ipsi est & non potest capere.*

Particula tantum est, & quoddam quasi *ἡ
ἀσμάλιον*, quicquid Philosophia ex Oceano Sa-
pientiæ in suo circulo sibi adpropriat; & tamen
ultrò fatentur, in tribus voluminibus Macrocof-
mi, puta in cœlo, mari & terrâ inexhausta reperiri
divinæ sapientiæ vestigia. Quid existimandum est
de mysteriis fidei & de sapientia transcendentia-
li, quæ ex merâ divinâ revelatione oritur, nihilq;
neq; quoad principia nec quoad principiata cum
humanâ sapientiâ consanguinitatis habet. Unde
sapienter Gerson. 1. de Consol. Theol. prosâ 4. scri-
bit: *Theologia Christianorū doctrinas Philo-
sophia, si vera sunt, si recta, si salutare, appro-
bat, utens eis suo jure & catholicas reddens:*

A 3

fi

si tenebricosiores sunt, illuminat; si noxiis erroribus mixta sunt, separat pretiosum à vili, illud retinens, aliud exterminans. Insignem huic disciplinæ conciliat majestatem longè firmisimum θεμέλιον ac fundamentum, scriptura nimirum θεόπνευτος, quæ solidissimas gignit δόξαδείξεις πνευμαλικαί; quæ docet nos πνευμαλικοῖς πνευμαλικὰ συγκρίνειν. *Spiritualibus Spiritualia comparare.* 1. Cor. 2. v. 13. Hæc reddit animos nostros ἀμεταπίωτας; hæc gignit πληροφροσίαν fidei: Hæc terminat omnes lites ac controversias in negotio religionis exortas: Hæc imbuti ac instituti Doctores & Pastores Ecclesiæ potentes redduntur ἀδικαλεῖν ἐν τῇ διδασκαλίᾳ τῇ ὑγιαίνουσῃ exhortari in disciplinâ sanâ, καὶ τὰς αἰμιλέγοντας ἐλέγχειν & eos qui contradicunt arguere ad Titum 1. v. 10. Huic basi superstructa sunt omnia dogmata Ecclesiarum Augustanam Confessionem invariata amplectentium, quæ vel ipsis Doctoribus pontificiis testibus ex scripturis sacris refutari nequeunt. Hoc fundamentum fideliter observarunt Patres. Clemens Alexandrinus l. 6. Stromatum jactitavit illud Petri ἃ δὲν ἄτερ γραφῆς λέγομεν *nihil extra Scripturam dicimus.* l. 4. Stromatum scribit: *Scriptura, quibus credimus,* κύρια δ.

σα

ταυ ἐξ ἀδελφίας παντοκράτορος, h. e. *rata ac firma sunt*
ex omnipotenti autoritate. Justinus in Try-
phone asserit: *Mihi studio est, cuncta ad scri-*
pturas referre & ex illis argumenta & demon-
strationes petere. Hieronymus hisce astipula-
tur in Ps. 98. *omne, inquit, quod loquimur, debe-*
mus affirmare de scripturis sanctis. Athana-
sius piè differit, de incarnatione Christi; *Si disci-*
puli estis discipulorū, per eas nobiscum incedi-
te. *Si diversa à Scripturis vultis fabulari, cur*
nobiscum decertatis? qui neq; loqui neq; audi-
re sustinemus, quod extraneum sit ab istis.
Chrylost. hom. 49. operis imperfecti in Matth.
Sciens ergò Dominus tantam confusionem re-
rum novissimis diebus esse futuram, ideò man-
dat, ut Christiani, qui sunt in Christianitate,
velint accipere firmitatem fidei verae, ad nul-
lam rem fugiant nisi ad Scripturas? Hierony-
mus deniq; in cap. 5. ad Galatas: *Spiritus san-*
cti, inquit, doctrina est, quæ Canonicis literis
proditæ est, contra quam si quid statuunt Con-
cilia nefas duco. Hæc est lucerna lucens in lo-

co.

eo caliginoso, quam oriens ex alto in nobis ac-
cendit, qui sedemq; in tenebris & in umbra mortis,
ut dirigat pedes nostros in viam pacis. *Habemus
firmiorem propheticum sermonem, inquit Petrus
2. Epist. 1. v. 19 cui benefacitis attendentes qua-
si lucerna lucenti in loco caliginoso, donec dies il-
lucescat, & lucifer oriatur in cordibus vestris.*
Hinc summa Theologicæ scientiæ necessitas elu-
celcit. *Homo enim ψυχικός 1. Cor 2. v. 14 non
percipit ea, quæ sunt Spiritus DEI, stultitia
enim est illi & non potest intelligere.* Sic ex-
emplo Festus Act 26. v. 24. qui audiens Evangeli-
cam concionem ex ore Apostoli Pauli de passio-
ne & resurrectione Christi, magnâ voce dixit:
*Insanis Paule, multa te litera ad insaniam con-
vertunt;* Sed respondet Paulus: *non insanio,
optime Feste, sed veritatis & sobrietatis ver-
ba eloquor.* Ita videntur animali homini my-
steria fidei ac eloquia Dei esse stulta ac ridicula,
sed facula Theologiæ dispellit illas tenebras igno-
rantia, & accendit lumen fidei in cordibus no-
stris, in quo lumine ceu in speculo videmus lumē,
& quicquid de Deo scimus, id ex revelato verbo
disci-

discimus & haurimus. Ex quo necessitatem hu-
jus disciplinæ deprehendimus. *Utilitatem de-
niq; Theologica scientia* fructus saluberrimi mi-
rificè commendant, quales sunt: illuminatio to-
tius Christianæ catholicæ & Apostolicæ Ecclesiæ,
dona Spiritus sancti largissimè super pastores & au-
ditores effusa, perfectio animi, consistens in *πληρο-
φορία* fidei, ex quâ oritur amicitia Dei, unio fide-
lium cum Christo, pax conscientiæ, solidum gau-
dium in Deo, certissima spes exauditionis pre-
cum, armatura spiritualis adversus omnes insultus
Diaboli, vivificatio in rebus adversis, moribus & per-
secutionibus consolatio, *ἡ εὐθανασία*, salutis deniq;
sempiternæ perfruitio. Quamvis autem reliquæ
Facultates etiam ingentia Dei sint beneficia, unde
quamplurimæ in genus humanum redundant
utilitates: tamen qui æquâ lance rem pondera-
bunt, inficias haud ibunt, Theologicam discipli-
nam tantò antecellere aliis disciplinis omnibus,
quantò *divina humanis, βιωτικά & temporalia
æternis, spiritualia terrenis antecellunt.* Unde
& in omnibus benè constitutis Academiis Theolo-
gica disciplina reliquis disciplinis ac Facultatibus
jure meritò præfertur, utpote quæ *non nisi ad glo-*

B

riam

riam sanctissimi nominis divini & ad aeternam salutem hominum ceu ad ultimum scopum collineat, & non curat, quæ sunt *θημερα*, sed quæ sunt *εωσπερ αἰωνια* & æterna. Quò etiam Candidati hujus disciplinæ, quibusdam quasi honorum stimulis ad majorem diligentiam extimulentur, sapiens vetustas certos dignitatum cancellos in hoc stadio decurrentibus præscripsit: qui sunt tres distincti gradus, *primus Baccalaureorum, secundus Licentiariorum, tertius Doctorum*, quibus strenui Cultores hujus disciplinæ veluti brabéis insigniuntur, & ad majores labores & certamina pro gloriâ Dei & pro salute Ecclesiæ subeundâ animantur & condecorantur. In hâc sacrâ militiâ veluti fidos athletas in publicum conspectum producimus Viros pietate, eruditione & vitæ integritate conspicuos numero Duodecim

Quorum Nomina sunt:

M. Martinus Kirstenius,
Diaconus Tschopenfis.

M. Samuel Lange / Meusel-
vizensis, Pegaviensis Ecclesiæ Pastor, & vicinarum Superintendens.

M. Joh.

M. Joh. Ulricus **Mayer** Lip-
siensis, ad S. Thomæ a Concionibus Sab-
baticis.

M. Nicolaus Alexander **Bach** /
Grimmensis.

M. Philippus **Salzman** /
Olsnitio - Variscus.

M. Paulus **Warth** / Lipsien-
sis.

M. Fridericus **Bittelmann** /
Halâ - Saxo.

M. Andreas **Fuchs** / Lip-
siensis.

B 2

M. Jo-

M. Johannes **Nauckisch** /
Freibergâ - Misnicus.

M. Georgius **Mœbius**, Lau-
châ - Thuringus.

M. Georgius **Lautenschlä-**
ger / Martisburg.

M. Henricus **Conradi**,
Geranus.

Qui numerus, quia exæquat *numerum Apostolorum*, votivus & sacer esse videtur, non modò lætificans nos ob messem copiosam, sed etiã Dominis Candidatis aures vellicans ad piam Apostolicæ fidei & sinceritatis æmulationem: quemadmodũ etiam in riguroso examine præclara singularium profectuum in hoc studio & stadio Theologico specimina ediderunt; & consentientibus votis digni judicati sunt, quibus prima Theologiæ laurea consvetis ritibus conferretur:

Quod

Quod igitur benè vortat summus DEUS
ac Pater luminum à quo descendit omne da-
tum optimum ac omne donum perfectum
Jac. I. V. 17. ad diem 6. Julii. Candidatos mo-
dò nominatos in majoris principum collegii
Acroaterio vobis, Cives Academici, sistemus,
ut sitis spectatores & testes honorum, qui ipsis
publicè conferentur, si prius audiveritis illos
de præcipuis aliquot fidei salvificæ articulis
mateologia Calviniana oppositis succinctè
& nervosè perorantes. Quia verò ob dif-
ficultatem horum temporum & ob minuen-
dos sumtus Reverenda nostra Facultas *juga-*
tam promotionem hâc vice instituere decre-
vit, unius horulæ spacio anticipandus videtur
hic actus. Præstò igitur estote horâ VII.
matutinâ ejus diei, quotquot ex professo huic
sacratissimo studio estis addicti, & qui cæteris
etiâ studiis ac disciplinis insudatis, vestramq;
erga Reverendam Facultatem Theologicam
& erga indefessos hujus disciplinæ alumnos
benevolentiam & humanitatem ostendite. In-
primis perhumaniter & studiosissimè rogatos
volumus Dominos proceres, lumina ac colu-
mina Ecclesiæ & utriusq; Reipublicæ Acade-

B 3


micæ




micæ & oppidanæ, & ex his nominatim Ma-
gnif. Dn. Rectorem, ac trium cœterarum Fa-
cultatum Decanos, Professores & Assessores,
ut magnificâ & honorificâ suâ præsentâ Col-
legii nostri de Candidatis hîsce *judicium ac*
testimonium honestare non dedignentur:
quam benevolentiam & gratificandi prom-
titudinem non tantùm piis precibus, sed qui-
buscunq; poterimus officiis atq; obsequiis pa-
riare nunquam non καὶ δὲ ἀναμν annitemur. Pu-
blicatum Lipsiæ die Visitationis Mariæ.

Anno reparatæ salutis

1643.





N



AB: 101960

ULB Halle


3

005 374 510



VD 77







MB

PROGRAMMA THEOLOGICUM,
Quo
Ad
Actum Promotionis,
DUODECIM
CANDIDATORUM,
VIRO RUM
ERUDITIONE, PIETATE ET VIRTUTE
PRÆSTANTIUM
In SS. Theol. Baccalaureos
Die VI. Julii celebranda
Amicè invitantur Theologiæ Culto-
res & fautores;
propositum
Ab
EJUSDEM FACULTATIS
DECANO
In
ALMA LIPSIENSIVM ACADEMIA.



LIPSIÆ,
Excusum à TIMOTHEO RITZSCHIO.
c1o 100 XXXXIII.

